HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh. Seite 103v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deniq: latinae exemplaria
ita habeant. labores fructum
tuorum manducabis. sed nos le
gimus. in hebraeo ita scriptum
est. labores manuum tuarum
manducabis. quis enim labores
fructuum manducat. utiq;
ego contrario debet intellegi
quia aliquis fructum laborum
suorum manducet. et non labores
manuum suarum. et contrario
enim intellegitur. magis enim
dici potest. quia aliquis fructum
laborum suorum manducet. et non la
bores fructuum. quia igitur
in hebreo ita scriptum est. labo
res manuum tuarum man
ducabis. ego puto quoniam et grece
sep tua ginta inter praeteres
in isto loco bene interpretata
sunt. manus enim lingua
hebraea. iad. dicitur in isto autem
loco non habet. iad. sed cha aph.
cha ap. autem interpretatur.
kapitoc. non. kapitoc. sed
pars aliqua manus siquidem.
kapitoc. dicitur grece.
apopa. hoc de interpretatione
diximus. labores igitur
manuum tuarum manduca
bis. unusquisq; quod semina
uerit hoc et metet. ecce homo
et opera eius. ergo et nos labores
manuum nostrarum manduca
bimus in manibus operatur in
telleguntur. labores manuum
tuarum manducabis. dicat
aliquis ergo post resurrec
tionem manducaturi sumus.
hoc enim dicitur. de beato
uiro. labores manuum tuarum
manducabis. ego hoc dico sim
pliciter. quoniam homo ex duobus
substantiis confactus est.
hoc est de anima. et corpore
anima immortalis est. corpus
autem mortale. quod morta
le est necesse est. ut et morta
les cibos habeat. quod autem
immortale est. hoc est anima
quae immortalis est. et immorta
les cibos habet. uultis scire
quoniam et in anima habet. et cibos
suos dicit. et dominus atq; saluator.
cum esurire et quid dicit.
Meus cibus est ut faciam uolun
tatem eius qui me misit. uultis
scire. quos cibos habet anima
dicit nobis. et profeta. gustate
et uidete quoniam suauis est dominus.
quomodo enim corpus. nisi ac
ceperit cibos suos moritur.
sic et anima. nisi acciperit spi
ritales moritur. hoc totum
quare dico quia solent aliqui
dicere. non habeo necessariam

V